

¶ * * * ¶

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΤΗΡΑΠΙΑΕ
S P E C I M E N X I X .
D E
INDICATIONE FORMANDA

P R A E S I D E
D. IOANNE ERNESTO HEBENSTREIT
THERAPIAE P. P. FACULTATIS MEDICAE DECANO.

LIPSIAE DIE III. OCTOBR. MDCCXLIX.

IN AUDITORIO MEDICO

HORA X. AD XII.

DISPUTATIO

GOTTAUDIOBULDOVICVS DORLE,
SORBIGA MISNICVS.

Non defuisse arbitror, qui, cum scriptiones meas academicas super antiquorum de curatione sententiis, legerent, parum illas ad therapiam attinere, putauerint, cum illis nil quidquam consilii, quod ad curandos morbos faciat, insit, omnes de mutationibus, quae aegrotis, decurrente morbo, eueniunt, agant. Enimuero, uti qui aedes construunt, fundamenta ante iacent,^{a)} ita, stabilitis ante principiis, praeludendum mihi ad methodum me-

dendi

a) Χρή αίμοι τὰ θεμέλια τοῖς δικοδομήσασι, ἵχυρά προκαταβεβλῆσαι καὶ τὸν τρόπιν τοῖς σκεφέσιν, οὐ μέλει τι τῶν ἐπ' αὐτῷ δικοδομητένων τε καὶ πηγαντένων ἀσθαλεῖς γενέσθι. GAL. Method. med. Libr. 3.

A

Oportet, arbitror, aedes struenteribus fundamenta firma poni, et carinae sustentaculam nauibus, si quidem, quod struendum compingendumque est, absolutum fieri debet.

19

dendi, nunc secundum conceptus generales instruendam, fuit. Quod agendum quando in me suscipio, velim sciant, qui me legunt, non famae, sed discipulorum causa, sententias has antiquorum a me colligi atque disponi. Ex quo medicus morbi curam suscipit, illud sibi agendum intelligit, ut actiones impeditas aut prorsus ablatas, ^{b)} expulsa vel correcta, quae eandem cohibet, causa, ^{c)} auferat, quod Therapia ^{d)} dicitur, cuius veram rationem atque methodum si quis intelligit, ^{e)} Medicus est, qui multa equidem suo ingenio, plura tamen ad spontaneorum naturae ^{f)} motuum leges, facit, cum que causae

XIX
MDCCCLXII
LITURGIE DIE IN OCTOBER
b) Νόσος ἡ πάρα φύσιν κατασκευή τῶν σώματος οὐχί ἀπέι τὰ βεβλαφθαι τὴν ἐνεργείαν: ἡ συντόμως: νόσος ἐξ διάθεσις πάρα φύσιν ἐνεργείας ἐμποδιζει: GALEN. de Caus. Morb. Libr. 3.

‘Η νῦστος ἡ ἐνεργείας ἡ κατασκευῆς ἡ βλαβή. GAL. de Morb. differentiis. I.

c) Τχέαν ἐκπορίζεται τοῖς νευροσηκόσισι σωμασι, τετέσι, τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας τῶν μορίων, ἥπερ βεβλαμμένοι τύχοιεν, ἐπινοφθάσσοι. GALEN. θεραπ. μεθόδ. ἡ.

d) Θεραπεία ἡ αὐτορετιστὸν ποιεῖται τὰς νόσους ἀτίτων. GALEN. Comm. 2 in Aphor. Hippocr.

e) Ο τὴν δόδον ἐπιτάσσει επιτάκμενος τῆς θεραπείας ἔχει τὰ τυχάν τὰ σποτεῖ, μόνος οὗτος ἐξὶν ὁ γηιώσκων ιατρός. GAL. Meth. med. Libr. 6.

f) Χρὴ ἐπιτημονα τῶν φύσεως ἐργῶν τὸν ιατρὸν. AETIUS Tetrabibl. tract. V. 2.

Συνεργεῖν δὲ διὰ τὴν φύσει πρὸς εὐτύχαν τεγματίζομένη, πρὸς τὴν νόσον: ἡτας γὰρ η φύσις σύμμαχον λαβεῖσσα τὸν ιατρὸν τὰ δέσμωτα ποιεῖται, ἀυτόντε τὸν ἄρρωτον πειθάνων, γεγονόδει ἐν τῇ διατῇ ἀμαρτάνονται, περιγένοιτο δὲ τοῖς νόσοις: Συνεργεῖς δὲ οὐκ οὐκὶ τὰς ὑπερέτας καὶ τὰς ἐπιθετικὰς πρὸς

Morbus est praeternaturalis corporis constitutio et causa, qua actio laeditur. Vel breuius: morbus est dispositio praeter naturam actionem impediens.

Morbus aut actionis laeti organi est laesio.

Sanitatem conciliare aegrotantibus corporibus, est, actiones naturae congruas partium, si laesae fuerint, restituere.

Therapia est ablatio facientium morbos caufarum.

Viam omnem intelligens therapiæ, donec sine potiatur, solus ille est, qui sciat mederi.

Oportet naturae operum conscientium esse medicum.

Cooperari naturae, ad salutem magna contentione, in morbo, eunti, (medicū) decet. Ita enim natura, commilitonem adsciscens medicum quae oportet facientem, ipsum autem aegrotum obsequiosum et in regimine laud peccantem, poterit eluctari

DE INDICATIONE FORMANDA.

causae morborum quam plurimae in abscondito positaे sīt,
earum cognitionem, quod omnium p̄imum est, conjectura sa-
pienter secundum artis regulas instituta, consequitur. ^{g)}
Neutquam vero circa conjecturas haereat ille, qui artem recte
facturus est, sed ad demonstrationis euidentiam, iquae ^{h)} si-
gnorum sensibus obuiorum perspicuitate oritur, adspiret, ut,
veluti vult GALENVS, ita verum declaratumque sit, quod
morbū facit eumque sanat, veluti illud est: ⁱ⁾ Aequalibus
aequale si addas, quod supererit manet aequale. Quapro-
pter prolixā meditatione opus est, ^{k)} quo inueniatur auxi-
lium, ^{l)} quod morbos et cū illis symptomata exscindit: ^{m)}
cuius inueniendi ratio, mentis veluti, per varias operationes,
processio, et meditationis ordinatae sequela, indicatio appel-
latur:

morbo: Operis etiam socios esse de-
cet famulos et adstantes, ne quid
contrarium fiat recte agentibus.

Coniecturaliter, non praeter ar-
tem, nec procul a veritate. ⁿ⁾

Principia omnis demonstrationis
sunt quae ad sensum et intellectum
clare patent.

Si aequalia aequalibus addantur, et
omnia erunt aequalia, et si ab aequa-
libus aequalia auferas, et reliqua
aequalia erunt.

Longo ante tempore meditari.

Dirigere intentiones ad usum me-
dicamentorum.

Primario et maxime hoc sedulo
agendum est medicis, et hoc omnino
opus eorum proprium esto: exscin-
dere morbos, cum quibus etiam reli-
qua symptomata auferuntur.

Curatio est ablato morbosatum
dispositionum, sequitur autem eam
et symptomatum ablato.

A 2

τὸ μηδὲν ὅπ' ἐναντίον τοῖς καλως πραττομέ-
νοις γίγεσθαι. ΛΕΤΙΟΥΣ Tetrabibl. I.
Tract. I. cap. 2.

g) σοχασικῶς, ἐκ ἀτέχνως, οὐδὲ πόρρω
τῆς ἀλυθῆς: GALEN. Comm. I. in Aphor. Hipp.

h) Ἀρχαὶ πάσις ἀποδέξεις δοῦ, τὰ
πρὸς ἀνθρακήν τὴν νόσον ἐναργῶς φανό-
μενη. GALEN. Meth. med. Libr. I.

i) Ἐάν τοι θεοί προσθέτῃ, καὶ τὸ ἔλα-
ῖσαι γίγνεται, καὶ τὸ οὐτὸν τοι τὸν ἀφαιρέ-
σῆ καὶ τὰ λοιπὰ τοι ἀστιν. GALENVS
Method. med. Libr. I.

k) Εκ πλησίου χρόνε προβλέψειον
πρέσει ἔκπατα: HIPP. Praenot. Libr.

l) Συμβιβάζειν τὰς αἰοπὺς τῷ χρήσει
τῶν βοηθημάτων. GAL. de Constit. med.

m) Πρῶτον δὲ καὶ μάλιστα τῷ σπεύδε-
σει τὰς ιατρύς καὶ τῷ σχεδίῳ αὐτῶν ἔρ-
γον ὑπάρχειν ίδιον, ἐκκρίτειν τὰς νόσους,
άπαι τάτοις καὶ τὰλα συμπτώματα συνα-
γμένηται. GAL. Meth. med. Libr. 2.

Ν μὲν ίατρος ἀναίρεσις ἐστι τῶν διαθέσεων,
ἀκολεύει δὲ αὐτῇ ή τῶν συμπτωμάτων ἀγα-
ρεσις. GAL. Θεραπ. μεθόδ. Ia.

latur: ⁿ) Hac ad artem recte laudabiliterque faciendam manu veluti ducimur, ^o) dum ex vna eademque generali meditatione sensim ad eam deducimur, quae medicamenti inventionem parit, ^p) Ordo ille, quo cogitamus, methodus est ac veluti via, qua a cognitis rebus ad abscondita, quoisque mens ire potest, principia, quibus causae morborum insunt, delabimur. ^q) Nec sane aliter fieri potest, quam, quo illi, qui artem optima aliqua methodo didicerunt, ^r) ordinate etiam

ⁿ) Τὴν οὖσαν ἔμφασιν ἀκολυθίας ἐνδεῖξιν λέγομεν. GAL. Meth. med. Libr. 6.

^o) Η τὰν ἐυριζέντων ἐνδεῖξις ἐποδήγηται τὰς θεραπέας ποιεῖσθαι: GALEN. Meth. med. Libr. 6.

^p) Οσις ἀκριβῶς βάλεται συγκαθούτην θεραπευτικῆν μέθοδον, ἀρξαծοι μὲν ἀντὸν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐνδέκειν χρή, μεταβῆναι δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς μετεξῆς: GAL. Method. med. Libr. 2.

^q) Οσοι λόγοι ήγειρόνται τῆς ἐυρέσεως ἐποίησαντο καὶ τάξιν ὁδόντες μίαν τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀγνησταντεύεται, τύτοις ἀναγκαῖον μὲν, ἀπὸ πρώτης τιχὸς ἀρξαμένοις ὅμολογών μέντος πᾶσιν αὐτοράποις, οὐτως ἢδι μετείνοντες τὰ λοιπά. Οτιας διπλαι καὶ απὸ τῶν τὴν ιατρικήν τέχνην ἐπιδεικνυμένων ἀπάντων οὐκ πρώτας τινάς ἀναποδίκτης προτάσσεις καὶ ἐξ εἰατῶν πιστας, ἀναγενθοι χρήματα πάντας. GAL. Meth. med. 1.

^r) Εκ τῶν καθόλευ τούς γένες ἀριμένων ἐυρέσκου τὰ κατὰ μέρος: GALEN. Meth. med. Libr. 7.

Ἀριτέον ἀπὸ τῶν ἐναργέστατα φαινομένων. GAL. de Differ. Februm 2.

Τοῖος ἐναργῶς φαινομένοις χρησέον, οἷς τὰς τῶν ἀδηλῶν πίειν. GAL. de venae fætione ad Erasistrataeos Romae.

^s) Απαντα εὖν ἀποδέξει καὶ μεθόδῳ παραγάνειν. GALEN. de constitutione medicinae.

Veluti aliquem consequentiae impetum dicimus indicationem.

Inueniendorum indicatio viam monstrat, qua curatio facienda est,

Qui curiose instituere vult methodum medendi, incipiendum illi est a primis indicationibus, transiendum abinde est ad eas quae consequuntur.

Qui rationem ducem inventionis fecerunt, et ordinem et viam vnam, quae ad finem dicit, instituunt, illis necessum est, ab vniuersali quodam incipientibus, agnito ab omnibus, transire ad reliqua. Sic arbitror etiam ab illis, quae in medica arte demonstratae sunt, ad summas quasdam haud porro demonstrabiles et ex se ipsis fide dignas propositiones ascendendum esse omnibus:

Ex illis, quae in genere dicta sunt, inuenire ea, quae in specie.

Incipiendum ab illis, quae omnium clarissime apparent.

Clare apparentibus utendum ad fidem faciendam illis, quae in obscurō latent.

Omnia cum demonstratione et methodo discenda.

eandem facturi sint,⁵⁾ habetque rationis, quae in concinna
idearum conductione et compositione consistit, usus, ad fidem
faciendam illis, quae salutis causa inueniuntur,⁶⁾ efficaciam
sane singularem, dum neglectum sui, ars cogitandi, quae in
demonstrabilium et probabilium scientia consistit, ignorantia
earum rerum vendicat, quae, in morborum cura, paulo al-
tioris sunt indaginis.⁷⁾ Est enim Indicatio nil quidquam
aliud quam ratiocinium et, eius, quod tam generalius quam
specialius dictum, verum est, necessaria sequela, qua ad finem
obtinendum idonea seliguntur media;⁸⁾ et veluti in syllogis-
mis conficiundis, quod vniuersalius verum est, conclusionem,
nisi ad rem, quae in quaestione adducta fuit, subsumptum
fuerit, haud efficit, ita etiam in syllogismis istis practicis, quos
indications appellamus, nulla vnuquam generalis propositio ad
inueniendum auxilium quidquam sola valet.⁹⁾ Sed opus est,

s) Γυμνάζειν τὸν λογισμὸν ἐς τὰ τῆς
τέχνης ἔργα. GAL. de Locis Affect. 2.

t) Τῇ ἐυρῆν τὸ γνητόμενον ἀπὸ λογικῶν
μέθοδοις τὴν δύναμιν ἔχει, τὸ πιστώσασθαι
τὰ καλῶς ἐυρυμένα. GAL. Meth. med.
Liber. I.

u) Ἀγνοηθαί αὐτὸς συνέβη, διὸ τὸ μῆ-
γεγυμνάσται πρότερον ἐν ταῖς λογικαῖς με-
θόδοις, ἵνα γνωρίζεται δὲ καὶ διακρίνεται
τῶν ἀποδεικτικῶν ληπτάτων τὰ πιθανά, εἰδὲν
δὲ ἀληθὲς εἴθ' ἐυρῆν ἡτοῖς ἀποδεῖξαι δυνάμενοι.
GAL. de differentiis Februum. I.

x) Εν ταῖς μεθόδῳ τῷ συγιαμέναις
τέχναις, ἀρχὴ τῆς συσάσεως ἡ τῷ τέλει τὸν ἔτιν
ἔννοια. GAL. Method. med. Liber. I.

y) Οὗτος ἀνὴρ οὐδὲν ιατρὸς ἔη, τῶν οὐδὲ
τὰ μέρος ἀπέστηται νοσημάτων δὲ μέθοδού τινα
ποιεῖμενος, ἵνα διαγνωστικὸς μὲν τῶν φύ-
σεων ἔσοιτο, σοχασικὸς δὲ τῶν ἑκάτης ιδίων
ιαμάτων, τὸ δὲ σιεδοῦ, κοινήν τινα πάντων
ἀνθρώπων ἔννοια θεραπείαν, ἰσχάτως ἥλιθιόν ἔτι

Ratiocinium exercendum ad artis
operas.

In detegendo quaesito, rationales
methodi eam vim habent, ut illis, quae
bene reperta sunt, fides habeatur.

Illos oportet ignorare, qui antea
exercitati haud fuerunt in methodo
logica, ex qua discitur et iudicatur
de illis, quae inter demonstrativas
propositiones fide sunt digniores,
ut pote qui verum nec inuenire nec
demonstrare possint.

In artibus aliqua methodo con-
stantibus, principium instituti est:
Finis contemplatio.

Ille demum optimus medicus erit,
qui omnibus in specie morbis me-
thodum aliquam adornare nouit, ex
qua et naturarum possit esse demon-
strator, et accommodatorum vnicui-
que medicamentorum inuentor; ar-

quo vniuscuiusque aegroti singularis indoles, morbi que, vti in singulis variant, mores, eorum varia tempora,^{z)} in *minore*, quae ad conclusionem proxima est, *propositione*, recte expli- centur: Quodsi enim in minimis, quae auxilii selectum indi- cant, circumstantiis, negligentior fuerit medicus, graui cum periculo aegrotantium offendet. Quare ad optimam metho- dum curandae aegritudinis, negotiosa requiritur circumspectio, meditatio amplissima,^{a)} et signorum sapiens intelligentia, quo coniectura, secundum artis regulas, rite instituatur.^{b)} In quo tamen negotio, soli demonstrationi confidendum haud est, omnium minime illi, quae arbitrariis, ex longinquo accersitis, nouis et difficilibus intellectu principiis, nititur,^{c)} sed expe- rienciae, quae obseruationum fide constat, illi scilicet probae

τὸν παθογόνον εἰδεῖν τοις διατρέποντας οὐκέτι μέθοδοι.

GAL. Meth. med. Libr. 3.

friuolum est, vti stupidi putant methodici.

z) Προστεκμαρτέα καὶ ἡ λοχὺς καὶ ὁ τρόπος τῆς νοσήματος ἐκάτε, καὶ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρώπης καὶ τῆς ἔθνες τῆς διατῆς. HIPP. de Viatu acutorum.
Οκόστα ἐκάτει καὶ ἐφ' οἷς νοσήματος καὶ δύπτε, τῆς νοσήματος ἄλιταν, ἀδέαν, διαίταν, (τηλεπτέον.) HIPP. Epid. Libr. 3.

Η διάγνωσις τῶν παθῶν ἀναγνῶσαι πρὸς τὴν θεραπείαν ἐξίν. GALEN. Comm. 1. in Librum Hipp. de diaeta sana.

a) Πράγματι περὶ ὃν ὁ λόγος ἐνρίσκειν, ἔτις σπιδασέον, ὡς μηδὲν ἐξ ἀυτῶν διαλά- θει, σύμπτωτα γὰρ ταῦτα παραπιενευατικά πρὸς τὴν θεραπευτικὴν ἐστι μέθοδον. GAL. de Tumor. praeter naturam.

b) Ἐπιτημονὴ διάγνωσις, τεχνικὸς σο- χασμός. GAL. de Locis Affectis 2.

c) Μοχθηρᾶς ἀποδήξεσι παραλογιζέν- τες, οὐ μονὸν ὑδεν ἐξευρίσκει χριτὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ διὰ τῆς ἐμπειρίας ἔγνωσμένα διαφέ- ρεσι. GALEN. Meth. med. Libr. 2.

bitrari autem, communem esse ad omnes homines therapiam, extreme

Insuper animaduertenda est vis et vicissitudo cuiusvis morbi et na- turae hominis et consuetudo regi- minis.

Quae singulis (accidunt) et quibus in morbis, et vnde, et morbi aeta- tem, procedendi modum, regimen, (considerandum.)

Dignotio morborum necessaria ad therapiam est.

Negotiorum, de quibus agitur, ita cura habenda est, vt nihil eius, quod illa attinet, sit ignotum; Haec enim omnia praeparatoria sunt ad thera- peuticam methodum.

Scientifica dignotio, artificialis coniectura.

Operosis demonstrationibus in conclusione falsi, non tantum nihil inueniunt bonum, sed et ea, quae per experientiam nota sunt, corrum- punt.

et legitimae, quae cum ratione stat, neutiquam seruili et mercenariae,^{d)} aliquid largiendum est, vt pote quae ad eliciendas conclusiones et indicationes formandas, dum medicamentorum aliorumque auxiliorum robur docet, plurimum confert;^{e)} Est enim Indicationis effectus, auxiliorum, quorum Scientia haud insimilat medicinae partem constituit^{f)} et in opportuna remediorum ad partes morbo affectas applicatione consistit, administratio, quae tamen, nisi ex corporis humani tam fani quam aegroti cognitione curiosissima, institui haud potest: vnde apparet, qua ratione omnes artis disciplinae in una indicatione, quae meditationis finis est, conspirent.^{g)} Quae cum ita sese habeant, vt medicinae peritia via sit atque methodus, qua auxilia causis morborum opposita, per ratiocinium inueniuntur,^{h)} naturae sane, vti omnis conclusionis cathegoricae, ita etiam indicationis per rationem inuentae, consentaneum est, lento veluti gradu et praeuia collectione omnium indicantium, perfici. Ast, veluti in formandis syllogismis hypotheticis, positio quedam vera esse supponitur, vt, hac stante, illud consequi oporteat, quod intendimus, ita et-

med.) Ἀπεκρίνον τι γε ἀλογον ή πάρα ηγή τύχης ἡγαθης δεόμενον. GAL. Method. med. Libr. 1.

e) Ἐυρίσκεται δὲ καὶ τῆς πύρης τὸ ἀπόλυτον. GAL. Meth. med. Libr. 2.

f) Εὔρεσην ὑλας βοηθημάτων ἐνεργού ἐτι μόριον τῆς τέχνης. GAL. de Constit. med.

g) Η τῆς θεραπευτικῆς τέχνης σύστασις εἰς ὅνος κεφάλαια (δίσημοι) ἡς τε τὴν γνῶσιν τῶν σωμάτων σις προτάγεται τὰ βοηθήματα, καὶ ἀντὴν τῶν βοηθημάτων φύσιν. GAL. de Constit. med.

h) Οδὸς ἥσ τὸν τῶν λαμέτων ἔυρεσην. GAL. de Locis Affectis 2.

Η τῶν βοηθημάτων ἐνεργεικὴ μέθοδος. GAL. Meth. med. Libr. 3.

Illiberale et irrationale quid, experiri velle, et bona fortuna indigens.

Inuenitur autem etiam per experientiam, quod necessarium est consequi.

Inuenire materiem auxiliorum, non minimum est artis.

Artis curandi ambitum in duo capita (diuidunt,) in cognitionem corporum, quibus applicantur auxilia, et ipsam auxiliorum naturam.

Via ad medicamentorum inven-

tionem.

Auxiliorum inuentrix methodus.

iam in empirica concludendi forma esse solet, quo, quod iterum atque iterum compertum est,ⁱ⁾ in meditationis negotio primum sit. Enim uero meretur suas laudes ista conclusiones medicas performandi ratio, tum, si commodam vnicuique homini, ut ille pharmacum fert, medicationem instruimus,^{k)} tum si ab illo proficimus, quod casu bene cedit.^{l)} Quare, amica equidem nobis sit *ratio*, amica tamen et *experientia*,^{m)} cum modo haec modo illa, illa sapientius, haec securius, auxilium afferat,ⁿ⁾ illa excogitet, haec applicet. - Satius omnino est, utramque

i) Η τέρησις γίνεται ἐπὶ τοῖς πλησά-
μις καὶ τὸ αὐτὸ ἀπηγνωκόσιν. GAL. de
optima sēta.

Τῆς ἐμπειρίας ἡδός ἔτι, τὸ μαμητικὸν, ὅταν
τῶν ὀφελισάντων ἡ βλαψάντων δτίεν, ἡ φύ-
σει ἡ τύχη ἡ ἀποχεδίως, ἀυθίς ἐπὶ τῶν
ἀυτῶν παθῶν ἡς πᾶραν ἀγοιτο. GALEN.
de Sectis.

k) Ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας ἐκ τῆς ἴδιας
εκάστη τριβῆς καὶ γυμνασίας ἀσφέρεσται τι
χρή, πρὸς τὴν τῶν δικτῶν τῷ κάμιοντι φαρ-
μάκων εὑρεσιν. GAL. Meth. med. L. 3.

l) οὐ μὴν ἐκ προαιρέσεως ἡμετέρας
(ῳφέλειαν Φέρων) ἀλλὰ κατὰ την συντυ-
χίαν, οἷον συνέβη, πεσόντα την ἡ πληγέντα
ἡ ἀλλας πως τραχέντα, αἷμα ρυῆναι, καὶ
τινὲν ἐν νόσῳ, χερισάμενον τῇ ἐπιθυμίᾳ, ψυ-
χρὸν ὕδωρ ἡ σίνον ἡ τοιετον ἄλλο. GAL.
de Sectis.

m) Ἐπιχειρεῦντες δτίεν ἐξευρίσκειν λο-
γικῶς, ἀλλ' αἷμα μὲν ἀποχωρῆν τῆς ἐμπειρίας,
ως γεγυμναστένες τὸν λογισμὸν, αἷμα δὲ
εἴγυμνάτες σύντας, ἐν ἀυτῇ σφάλλουσι μέ-
γισα. GAL. Meth. med. Libr. I.

n) Τίνα μὲν ἐκ γεύμης τῆς πᾶρας εὑρίτων
Φάρμακα, τίνα δὲ ἐκ μόνη τῆς λόγης, τίνα δὲ
ἐξ ἀμφοτέρου: GALEN. Meth. med.
Liber. 13.

Empiriae indoles in imitatione ponit, quando, ex iuuantibus et no-
centibus, quocunque demum, siue
natura, siue casu, siue sponte tale fue-
rit, in similibus morbis iterum ad ex-
perimentum ducitur.

Ab experientia, ex vniuerscuisque
proprio usu et exercitio inferendum
aliquid est ad familiarium aegrotanti
medicamentorum inventionem.

Non equidem nostra semper vo-
luntate fit, quod quidpiam utilitatem
afferat, sed aliquo casu, ut evenit,
alicui, post lapsum, aut afficto ali-
cui, aut alia ratione vulnerato, san-
guinem fluere, aut bibere aliquem
in morbo, indulgentem cupiditati,
frigidam, aut vinum, aut aliquid si-
mile.

Qui suscipiunt, quocunque de-
mum, excogitare ad rationem, si simul
discedant ab experientia, veluti, qui
rationem saltim exercere voluerint,
caeteroquin haud exercitati, in ista
re vehemente errant.

Quaedam ex sola experientia in-
ueniuntur medicamenta, quaedam
ex sola ratione, quaedam ex vtra-
que.

illam animi facultatem in curandae sanitatis negotio adhibere,^o) inter quam, ne vni soli quidquam ad formandas indicationes tribuatur, amica intercedit conspiratio et veluti copula, *analogismus*, qui, in fideli ante visorum obseruatione, morborumque similitudine omnino perspecta,^p) consistit, dum manifesta accipit, eademque matura cogitatione perficit et elaborat.^q) Vehementer autem culpandi sunt, qui, nuda, factorum a se, memoria, quod crudi empirici est, ad id quod effici in medicina oportet, concludunt^r) et cum vitae humanae periculo,^s) experimenta instituunt. Illis quidem indicatione haud opus est, ut pote qui, inconsulta ratione, agant.^t) Neque vero nostra tantum aetate ita res geritur, quo sint, qui otiosam illam et ab omni sapientia remotam artis normam adsciscant, sed etiam proprius ad medicinae origines, ista hominum, qui sine mente facerent, faece, maculata medicina fuit, cum essent, qui indicationibus usi, essent etiam, qui illis de-

stituti,

Ad fidem recte inuentis faciendoe duas sunt hominibus iudicandi regulae, ratio et experientia.

Vtiles scientiarum fontes, comparatio, obseruatio, descriptio, translatio a similibus.

Comparatio similium oritur a cognitis, definit autem in principiis omnino absconditis.

Empirici assumenda esse dicunt sensibus obvia, et mente tenenda ea, quae memoria repetuntur.

In humano corpore experiri nondum explorata, haud liberale, in perniciem totius corporis inani tentamine exeunte.

Sine indicatione rationali, per tentamina putant curam aegrorum suscipi oportere.

B

^o) Τῇ πιστωσαθεὶ τὰ καλῶς ἐνρημένα δύο εἰνι ἄπαντις ἀνθρώποις κριτήρια, λόγος γηγενῆς ἐμπειρία. GAL. Meth. med. Libr. 1.

^p) χρήσιμα θεωρήματα, ἀναλογισμός, τύ-

ράσις, ισορία, διοικητική μετάβασις. GALEN.

de optima secta.

^q) Οἱ ἀναλογισμὸς ὅρχεται μὲν ἀπὸ τῶν φαινομένων, λόγοι δὲ ἐπὶ τὰ διὰ παντὸς ἀνη-

τοῦ. GALEN. de Sectis.

^r) Οἱ ἐμπειρικοὶ φυῖνες τοι λέγουσι τὰς ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποτίπτοντα, γνῶσις δὲ τὰ μητιλονευόμενα: GAL. Meth. med.

Libr. 1.

^s) Ἐπ' ἀνθρώπινος σώματος πειρᾶσθοι τῶν ἀπειράτων, ἐκ ἀσφαλεῖς, ἀς ὅλεθρον ὅλε τῷ ζῷῳ τῆς κακῆς πέρας τελευτήσις: GAL. Comm. I. in Aph. Hipp.

^t) Χωρὶς ἐνδέξεως λογικῆς ἀπὸ τῆς ἐμ-
πειρίας διμολογεῖσι θεραπεύειν. GALEN.
Meth. med. Libr. 4.

stituti, agerent^a) denique essent, qui indicationibus generalius captis, ipsis empiricis peiores, ingenio prorsus destituerentur.^b) Est ergo indicatio, auxiliis visu comprobata, quod est experientiae; selecti et circumstantiis accommodata, quod est rationis, inuentio.^c) Huius conclusionis practicae quedam veluti elementa sunt, positiones scilicet et sententiae, quae ad causam morbi solam respiciunt, et τῶν ἐνδεικνύμενων, indicantium nomine veriunt^d) quae, si ex indole alicuius cau-
fae morbos plures congeneres facientis fluunt, *indicationes generales*,^e) quodsi autem a propriis vniuerscuisque morbi moribus desumptae sunt, *indicationes speciales*^f) constituunt.

Enim haec distinctione ait πάσης ηγετού τοῦ θεραπευτικοῦ μέθοδου περὶ τὴν διάταξιν τῶν αἰδεῖσθαι τῆς ιατρικῆς.

a) Δύο ἀστὸν πρώτην τῆς ιατρικῆς αἴρεται, οὐ μὲν ἔτερα διὰ πάρας ίεσσα πρὸς τὴν τῶν λαμάτων ἔυρεσιν, οὐ δὲ ἔτερα διὰ ἐνδέξεως: καὶ ὅνοματάγε ταῖς ἀρέσεσιν ἔχεντο ἐμπειρικήν τε καὶ λογικήν, καλλινόμησαν δὲ ἀστὸν ἐφισμένοι τὸν ἐμπειρικὸν, τηρητικὴν τε καὶ μνημονευτικὴν, τὴν δὲ λογικὴν, δογματικὴν καὶ ἀναλογικὴν. GALEN. de Sectis.

x) Οἱ μεθοδικοὶ καλέμενοι, κονῆ καὶ καθόλε τιθέμενοι; καὶ δὴ γε καλέσοι κανόπτιτας δύο, ἐνδάκυντοι καὶ ταῦτα τρίτην μικτὴν, ὄνοματα δὲ ἀυταῖς, τέγγνωσιν καὶ βύσιν, ἔχεντο, καὶ πᾶν οὐδηματα φασὶν σεγνὸν η̄ ρωθεῖς ἔναις η̄ ἐξ αἰμφοτῆς ἐπιπλεγμένον, ἐνδειξιν δὲ τῷ συμφέροντος ἐπὶ μὲν τῶν σεγνῶν τὴν χάλασιν, ἐπὶ δὲ τῶν βοιδῶν, τὴν σάλσην ἔναις. GALEN. de Sectis.

y) Ἐνδειξις τῶν βοηθημάτων. GAL. Meth. med. Libr. 20.

z) Η̄ ίδεις τῶν βοηθημάτων ἐξ τῆς τῆς πάθεις Φύσεως ἐνδισκεται. GAL. Meth. med. Libr. 13.

a) Η̄ διετῶν καθόλε μέθοδος: GAL. de Locis affectis 4.

b) Οἰκῆαι ἑκάστη μερίμματος ἐνδέξεις. GAL. Meth. med. Libr. 13.

Duae sunt primariae medicinae sectae, altera per tentamina procedens ad medicamentorum inuentionem, altera per Indicationem, et nomen quidem his sectis indiderunt, *empiricae* et *logicae*, empiricam quidem etiam appellare solent *observatricem* et *memorialem*, rationalem autem, *doctrinalem* et *comparatiuum*.

Methodici sic dicti communibus et generalibus sententiis innituntur; Vniuersales quidem duas adducunt, et aliquam tertiam mixtam allegant et omne corpus inquiunt strictum vel laxum esse aut ex utroque complicatum: Indicationem autem eius, quod fieri conducit, in strictis quidem esse laxationem, in laxis autem, adstrictionem.

Indicatio auxiliorum.

Conceptus de auxiliis ex morbi natura inuenitur.

Vniuersalis methodus.

Ad singulum morbum indicatio.

Enimvero, cum a causa morbi simul ad circumstantias alias morbum definientes, aduertendus sit animus, si quid praeter morbi causam est, quod medicum ad agendum excitat et consilium eius quodammodo mutat, τὸ συνενδεικνύμενον coindicans^{c)} dicitur, veluti, si vires aegroti, aetas, tempus, regio, consuetudo,^{d)} sedes causae in partibus,^{e)} symptomata,^{f)} etiam, ad formandam indicationem concurrant: Fit etiam faepissime, vt vna vel altera istarum circumstantiarum, eo medicum redigat, vt deserenda sit prior, licet causae morbi accommodata omnino censeatur, sententia, id quod, non in cura tantum morborum, sed in vniuersa etiam vita hominum, contingit, vt

quod Te scire credas nescias

Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies. g)

Nouum illud consilium *contraindicationis* titulo denotatur.^{h)} Vexatissima omnino est ille malorum concursus, cum medicus saepe, an morbo an symptomati, et cui ex pluribus primo loco, medendum sit, nescit.ⁱ⁾ Nullum autem superest dubium illud

sym-

c) Συνενδεικνύμενον: GALEN. Meth. med. Libr. 13.

Coindicantia.

d) Συνενδεικνύμενον, δύναμις γηγένη φύσις
καὶ ἡλικία γηγένη ὥρα γηγένη χώρα γηγένη ἔθος:
GAL. Meth. med. Libr. 13.

Coindicant, vis vitae, natura, annus, regio et consuetudo.

e) Ἡ παρὰ τῆς θέσεως τῶν μορίων ἐν-
δειξις. GALEN. ad Glaucon. Therap.
Liber. 2.

A situ partium Indicatio.

f) Εἰ συμπίπτοιεν τινὲς ἑτέραις οἷον σκη-
νιαι τινὲς παρακολύθεσαι, ή νοσήματα καλέ-
σομεν ἀλλὰ συμπτώματα. GALEN. de
Sympt. differ. Liber. 2.

Si coincident quaedam aliae con-
stitutiones, veluti umbrae corpus se-
quentes, non morbos vocabimus,
sed symptomata.

g) TERENTIUS Adelph. 5.

Indicatio contrariorum.

h) Ἐνδειξις τῶν ἐναντίων. GALEN.
Meth. med. Libr. 8.

Indicatio contraria et reluctans.

"Ἐνδειξις ἐναντίων τοῖς ἀντιπράττεσσι.
GAL. Meth. med. Libr. 9.

i) Διαφέσεων ἐπιπλεκόμενων δυοῖν ἢ
τριῶν γηγένη μάλιστ', ὅταν ἐναντιώτων ἀλλή-

Dispositionibus complicatis dua-
bus vel tribus, et maxime sibi in-

B 2

2015

symptoma illumue morbum superuenientem primam medentis curam postulare, a quo, utpote magis urgente, maius metuendum est periculum, ^{k)} dum illud, quod obstat, quo prior voluntas exerceri possit, *contraindicans* appellatur, ^{l)} quare vel nouo et a prius mente concepto consilio prorsus descendum est, vel, vti GALENVS vult, ^{m)} mixta adhibenda sunt auxilia: Sunt etiam aliae indicationum differentiae, vti diuersum hominis sani, aegri conualescentis statum, et curationis finem, vt morbus sanetur, vel certe trahatur, attinent, vel, vti, morbi varia tempora, et effectus varius medicamento producendus, diuersum consilium postulant.

λοις δέονται θεραπείατων, τὴν δικαίαν τῆς Θεραπείας ἐφ' ἑκάστης αὐτῶν ἐνδεῖξην λαβᾶν, ἃν τινά τε χρή πρώτην τῶν ἀλλων ἡ μᾶλλον, ἢν τινα δ' ὑπτον ἡ δευτέραν ἡ τρίτην λαταρά. GAL. Meth. med. Libr. 10.

k) Ἐι δύο ποτὲ συμπτώματα ἔναντια παραπολεθή, σκέπτεσθαι χρή δόποτερον αὐτῶν ἰχυρότερόν ἐσιν, ὀσάντως δὲ καθ' ἓν σύμματα δύο περὶ τὸν αὐτὸν ἀνθρώπου ἄῃ μαχομένας τὰς ἐνδείξεις ποιέμενα. GAL. ad Glaucon. Therap. Libr. I.

l) Τὸ αὐτιδεικνύμενον λέγεσιν ἐγδίκνυσι μὲν τὸ συμφέρον μὴ ἐπιτρέπειν δὲ πράττειν. GAL. de optima Secta.

m) Ἐπιπλεκομένων ἀλλήλων ἔναντιων ἐνδείξεων ἐπιπλέχθω χρή νοῦ τὸ φάρμακον. GAL. Meth. med. Libr. 13.

uicem-contraria postulantibus auxilia, domestica vnius cuiusque illarum indicatio perpendenda est, quem oporteat reliquis prius aut plus, quem etiam minus et secundo aut tertio loco, curari.

Si duo quandoque symptomata contraria consequuntur, dispicendum est, quodnam eorum sit fortius, similiter etiam, si duo morbi in eodem homine sunt, pugnantes indicationes facientes.

Contraindicans dicunt, indicari quidem vtile, sed non permitti, vt fiat.

Complicatis contrariis indicacionibus complicari etiam oportet pharmaca.



~~vgl. 225, 4 ff.~~

Path. gen. 8179

